

*MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81213-8*

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

KOCH, CHRISTIAN

TITLE:

COMMENTATIONIS DE
REI CRITICAE...

PLACE:

MARBURGI

DATE:

[1822]

Master Negative #

93-81213-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887	Koch, Christian.
Z3	Commentationis de rei criticae epochis particula secunda s. de epocha Alex- andrina.
Marburgi cl. 1822,	Sq. Q. 48 p.
1696 P. 3 Marburg	(Ger.) university. Einla.
dungsschrift.	No. 8 of a volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35MM
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3-25-93 INITIALS BE
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIM

Association for Information and Image Management



1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

✓
PAEDAGOGII ACADEMICI
MARBURGENSIS
EXAMINA VERNALIA

ANNI MDCCCXXII

SCHOLARCHARUM AUCTORITATE ET COLLEGARUM NOMINE
OMNI QUA PAR EST OBSERVANTIA AC HUMANITATE

COMMENDAT

CHRISTIANUS KOCH,

PHIL. DR. ET PROFESSOR EXTR. PAEDAGOGII. COLLEGA, E SEMINARII PHILOL. DIRECTT. AC
SOCIETATIS MARBURGENSIS BER. NATUR. STUD. SODALIBUS EXTRAORDD.

IN EST:

COMMENTATIONIS DE REI CRITICAE EPOCHIS PARTICULA SECUNDA
S. DE EPOCHA ALEXANDRINA.

MARBURGI,

TYPIS BAYRHOFFERI ACADEMICIS.

EXAMINA VERBA

O princes! si vous chérissez la gloire, protégez les lettres, qui seules la rendent impérissable.

Jacques Matter, essai historique sur l'école d'Alexandrie etc. à Paris 1820.

Specimen

Adumbrationis rei criticae Alexandrinae.

Ex attica Graecorum sapientia in Alexandrinorum eruditionem criticam transitum fecit Aristoteles, naturae et artis operum observator diligentissimus ac disciplinarum fere omnium conditor sagacissimus. Priusquam vero *Critices* nomen et regulae viguissent jam ad eam exercendam coacti videntur Graeci ex ore tenus propagatorum carminum Homericorum indole. A rhapsodis nimirum in dies mutata fuisse perhibentur illa carmina ita ut nullum exemplar alteri simile fuisse constet (*).

I. Primordia.

Primus itaque, qui memorabilem textus recensione[m] s. *διόρθωσις* Iliados constituebat, idem fuisse Ari-

(*) Villos. proleg. p. xxxiv. — Wolfii proleg. §. xi et passim.

stoteles a Plutarcho (*) narratur, ac id quidem in usum discipuli sui, Alexandri magni, qui illam Poetae maximi recensionem ita habuit in deliciis, ut eam in pretioso unguentorum scrinio victi Darii postea ubique secum ferret comitem, unde nomen extitit recensionis *ἐκ τοῦ βασιλέως*. Sed haec editio aetatem non tulit. Superata est postea ab Aristarcho, de cuius Critici meritis paulo infra dicemus. Recte igitur ex Aristotele *Criticam sensu strictiori* initium duxisse jam Dio Chrysostomus Or. LIII. asseruit, quatenus ille artem ex professo exercuit, antequam ipsius Critices nomen et regulae essent constitutae. Nam tum in aliis rebus tum etiam in his ipsum artis exercitium ejusdem nomen et regulas antecessit. Quod idem cadit etiam in *grammaticam artem*, cujus primae lineae jam ab Aristotele in libris de Rhetorica et Poetica ductae erant, antequam ab Alexan-

(*) In vit. Alexandr. c. VIII. et c. XXVI. cum quibus locis Strabo l. XIII. dicens, ipsum Alexandrum, cum Anaxarcho et Callisthene Homerum perlegentem, notasse quae sibi et illis notatu digna visa sint, et sic textum recognitum in narthecio deposuisse, optime reconciliari poterit, si perpendimus, inde à rhapsodorum temporibus Graecorum quemlibet elegantem jus exercendae critices in Homerum sibi vindicasse; cf. Wolfii prolegom. ad Hom. §. XXXVIII.

drinis uberius esset expolita atque exculta. Jam quidem et ante Aristotelem multa ejus rei elementa a veteribus Sophistis, v. c. a Gorgia, Protagora, Prodicò, nec non ab ipso Platone in Cratylo erant observata; sed obiter solummodo et *ὡς ἐν παρόδῳ*. Eucleatius vero de partibus orationis primus Veterum Aristoteles egit in libro de Poetica, cap. XX — XXIII. ubi explicat quid sit elementum, syllaba, conjunctio, nomen, verbum, [articulus], casus, oratio; nec non metrica quaedam attingit. Nec autem Grammatica tum temporis peculiaris erat disciplina, nec quae de partibus orationis observata erant, plena sunt ac perfecte distincta. Quam tenuia contra fuerint et imperfecta hujus artis *primordia* et quomodo paulatim ceperint incrementum, id egregie serior aliquot seculis Dionysius observavit Halicarnassensis, in tractatu *περὶ ὀνομάτων συνθέσεως*, dicens paullo post praefationem: „partes orationis etiam dictionis elementa „a quibusdam nominantur. Illa Theodectes et [ejus praecceptor] Aristoteles et qui in istis temporibus philosophati sunt usque ad *tria* provexerunt, nomina scilicet „et verba et conjunctiones orationis partes facientes. Seriores autem et praesertim stoicae sectae duces usque

„ad *quatuor* progressi sunt, separantes à conjunctionibus
„articulos (*). Tunc qui secuti sunt deinceps, substan-
„tiva etiam separantes ab adjectivis, *quinque* demon-
„straverunt primas orationis partes. Alii vero etiam
„pronomina secernentes à nominibus, *sextum* elemen-
„tum id esse fecerunt. Alii etiam adverbia segregarunt
„à verbis, et praepositiones à conjunctionibus, et par-
„ticipia ab adjectivis. Alii autem alias adhuc intro-
„ducentes divisiones, multa jam prima dictionis elementa
„fecerunt, de quibus non pauca dicere possem.“ Hac-
tenus Dionysius noster Halicarnassensis, de quo paullo
infra iterum dicendum erit. — Aristotelem vero etiam

(*) *Aristot. Poet. c. xx. ed. Herm.* jam utriusque et conjunctionis quidem et articuli mentionem facit, sed fere iisdem aut adeo luxatis soloque ab ingenio Hermanni correctis verbis, ut suspicari liceat, hanc articuli definitionem vel non a prima auctoris vel omnino ab aliena manu e margine textui esse obtrusam. Attamen haec a c. xx usque ad xxii, spectantia ad *primordia* doctrinae grammaticae, disertis verbis etiam in libro *περὶ ἑρμηνείας* citata, cum Buhlio, Curtio nostro in versione germanica, aliisque, senioris esse Grammatici panum huic Poeticae inepte assutum contendere vel ideo non velim, quia in hac re, quod probat Alexandrinorum eruditio grammatica, soli seniores meliora docere potuissent. Caeterum etiam doctrinae criticae *primordia* ex simili specimine *Poet. Aristot. c. xxvi* facile derivari licet.

critices aestheticae, quam nostrates vocant, patrem fuisse non solum ex librorum ejus rhetoricorum et poeti-
corum praestantia apparet, sed etiam eventu et eorum vi in longa secula vel maxime manifestum est. Constat enim inter omnes, quantum apud recentiores adhuc valuerit principium ejus de poesi quâ naturae imitatrice; de miro deorum deorumque usu et machinis epicis; de tribus, quas ex illo auctore argutati sunt, dramatis unitatibus, *actionis* nimirum, *temporis* et, quam addiderunt postea, *loci*. *Rhetoricae* ab ejus inde temporibus semper tria illa subjecta fuerunt orationum genera, delibera-
tivum, judiciale, demonstrativum, semper tria illa de inventione, de dispositione et de elocutione manserunt capita. Ex capite de elocutione, ubi de dicendi generibus et virtutibus disserit, postea et vocabulorum syntaxis enata esse videtur, ita ut liquido appareat et natura et tempore Logicam prius ortam fuisse quam Rhetoricam *ἀντίστροφον τῇ διαλεκτικῇ* secundum Aristotelem, Rhetoricam autem prius quam Grammaticam, hanc vero, nunc primam in instituendis pueris ingenuis, ultimam fuisse in artium inveniendarum serie, ac fructum longarum observationum non de rebus ipsis, non de rerum

cogitandarum ratione, sed de rerum cogitatarum signis auditui subjectis, i. e. vocabulis!

II. Auctores
primarii.

Jam vero haec merorum vocabulorum ac phrasium observatio, ab Aristotele jam inchoata, postea secundum ejusdem philosophi methodum ac rationem continuata et ad perfectae artis empiricae formam redacta est in urbe illa, à magno ejus discipulo condita, Alexandria. Nunc autem externa universae rei criticae fata pendent fere ab aula regia et utraque illius urbis bibliotheca, quarum una à Ptolemaeis in Museo, altera in templo Jovis Serapis s. Serapeo erat constituta. Viri eruditi undecunque vocati à regibus novo omine publice alebantur in museo. Crescebat in dies librorum copia, et in museo quidem usque ad numerum 700,000 antiquorum quidem voluminum (*). Huic bibliothecae (cujus condendae consilium ac rationem

(*) *Heeren* (Geschichte d. Philol.) p. 28. ubi loca *Veterum* de his bibliothecis laudantur; et *Jacques Matter*, p. 35 seqq. ubi etiam Recentiorum opiniones, nec non fata externa eruditorum censentur sub Ptolemaeis bonis p. 15 seqq., malis p. 143 seqq., pessimis p. 164 seqq. et sub Imperatoribus romanis p. 192 seqq. usque ad Alexandrum Severum, quo Alex. Magni cognomine filium historiae fatorum alexandrinae eruditionis abrumpi dolendum est.

per Demetrium Phalereum ad ejusdem praeceptorem, Aristotelem (*), pariter referri licet, praefectus erat sub finem seculi III. a. C. *Eratosthenes* Cyrenaicus, qui, sicuti Pythagoras Philosophiae vocabuli inventor erat, auctor fuit ob multiplicem librorum eruditionem vocabuli *Philologiae* (**), cum nunc tamen magis inter Astronomos recenseatur ille vir ob suos *καταστερισμούς* s. constellationum descriptiones, superstites adhuc, quam inter Philologos. Hi vero, qui magis sub hoc, maxime vero sub Critici nomine laudari possunt, fuerunt *Zenodotus* Ephesius, *Aristophanes* Byzantius et *Aristarchus* Samothracius (***), non Samius, ut Vossius de poetis graecis p. 67, et qui eum secuti sunt, dicunt. In istos artis triumviros, praesertim quatenus Homeri recensuerunt carmina, omnium accuratissime inquisivit Wolfius in prolegomenis à pag. cxcix usque ad cclxxvi, quorum pauca hic adnotasse ad nostrum finem satis erit. Ut igitur *Zoilum*, πολυδούλκτον illum *Ὀμηρομάστιγα*, de quo

(*) *Strabon.* Geogr. I. xiii, p. 609 ed. Almelov. ita cum *Plutarcho* in *Apothegm. regg.* conciliaverim.

(**) *Suid. Lex.* Tom. I, p. 850, ed. Kuester.

(***) *Suidas* v. *Ἀρίσταρχος*. cf. *Bayle* dict. hist. et cr. s. eadem voce.

nihil fere constat, nisi quod prisci aevi rationem sentiendi loquendique ignorans (ad modum Voltarii in V. ac N. T., nostratiumque eum sequentium hominum) multa sparserit ludibria in poetam principem — ut igitur istum, inquam, hic praeteream, primus, qui majori librorum copia majoreque audacia grammaticis et poeticis nimium arctis seductus praeceptis homericam exercuisse crisin perhibetur, fuit *Zenodotus* (*) ille Ephesius, quem circa 280 a. C. Alexandriae floruisse ex Suida T. II, p. 8. patet, qui vel epicum poetam eundem salutavit. Ejusdem lectionum homericarum à veteribus Scholiastis citatarum specimina quaedam dedit Wolfius loc. laud., quas tam improbables et à tantà judicii temeritate profectas esse arguit, ut ita emendare vel tironem hodie pudeat. Quod vero non tam primi Critici personae, quam doctissimo cuique illorum temporum imputandum esse videtur, ubi adhuc ad paucas analogias poetas et linguam ipsam torquebant, ut fere fieri solet in artium primordiis.

(*) Perperam in Scholiis antiq. interdum Zenodorus vocatus, interdum cum alio Zenodoto, juniore, et Aristarchi adversario, Cratetis forte Mallotae sectatore, permutatus. cf. *Villois. proleg. xxxi.* et *Fabr. b. gr. vi, 381. ed. Harl.*

Zenodotum superavit discipulus ejus *Aristophanes Byzantius*, qui et ipse Alexandriae scholam aperuit litterarum humaniorum sub Ptolemaeo Philopatore, et quatuor potissimum ex Veterum traditione in rem criticam universam inclaruit meritis. Nam primus fuisse dicitur, qui ex infinita librorum copia scriptores classicos secerneret a proletariis atque electos in certum sed posthac varie mutatum redigeret canonem s. catalogum aut recensum; primus, qui scriptores genuinos acriori studio seligeret a spuris sive nothis aut interpolatis; primus, qui artem grammaticam, quam nunc et stoicae sectae philosophi curabant, accentibus ditaret et interpunctionis signis, cum usque ad haec tempora et sonus ac propria quasi syllabarum modulatio jam inconstans fluctuaret, et continuatus sine ullo fere idoneo discrimine ductus litterarum frequentiore jam lectionem valde impediret. Denique non solum ut priores Critici soli Homero praecipuam navavit operam, sed et Pindari carmina in eum, quem hodieque habemus, digessit ordinem et praeter Hesiodum, Alcaeum, Platonem, alios, veteris ac cognominis sui Aristophanis potissimum comœdias uberius non tantum

quoad verba, verum magis etiam quoad res explicasse fertur.

Sed nemo eorum, qui postea ex schola ejus prodierunt, aut unquam Alexandriae docuerunt; apud veteres magis inclaruit quam *Aristarchus*, cujus vel nomen semper valuit idem ac perfectum Critici ac Grammatici omnibus numeris absoluti exemplum. Ex insula Samothracia oriundus floruit circa 170 a. C. natum, plus quam LX discipulos Alexandriae aut Romae Grammaticam docentes, et plus quam DCCC commentarios grammaticos criticosque à se conscriptos relinquens, quorum tamen nec sui nec priorum insequentiumque collegarum ulli ad posteritatem pervenerunt. Egregios fuisse testatur fama, testatur proverbium nominis ac discipulorum, se cum eo ceu altero Pythagora errare potius malle quam cum caeteris vera sentire profitentium. Cur tamen perierunt? Non casum, puto, non concrematam Alexandriae bibliothecam, sed ipsam ejusmodi scriptorum naturam esse accusandum, quae non ut proprias, sed ut aliorum eorumque meliores opiniones, utpote ex vitae sapientiâ non ex scholarum umbrâ manantes, conservent posteris, interpretentur contem-

porancis, scribuntur. Quod et ipsum sensisse videtur bonus Aristarchus, qui multa reprehendens in Homero ac interrogatus ab aliquo, cur non ipse carmen ad optimas artis leges componeret, respondisse fertur, neque se scribere posse, sicut vellet, neque velle, sicuti posset. Sed huic Critico potissimum ejusque scholae, Alexandriae etiam posthac florenti, debemus Homeri Iliada et Odysseam, utramque in XXIV libros secundum ordinem alphabeti dispositam, politam, emaculatam, verbo, eam textus recensionem, quae deinceps secundis discipulorum suorum *Didymi*, *Apionis* aliorumque curis paullo castigatius vulgata sibi semper fere constitit. — In illustriandis poetis, quasi patriae mysteria fastidiisset, sensum defendit literalem usque ad *ψυχρολογίαν*, allegorice interpretandi rationi subinde emergenti se fortiter opponens. Scriptorum *πίνακα* s. canonem, in quo classici à proletariis, genuini à nothis seu spuris secernerentur, jam ab Aristophane magistro, imo a Callimacho inchoatum, perfecit schola (*) Aristarchi.

(*) Qui caeteros cupiunt cognoscere Graecorum philologos a condita Alexandria usque ad med. aevi finem, non solum *editos*, (quorum usitatissimos infra §. IV nominabimus,) sed etiam usque ad Bek-

Fuerunt itaque, ut ostendit Ruhnkenius (*) auctores canonici, temporibus illis adhuc superstites (nunc autem multi, quos tironum causa literis notabimus *cur-sivis*, paucis exceptis fragmentis, jam dudum *deper-diti*), fere hi:

keri anecdota *ineditos* ac *deperditos*: adeant Fabricii bibl. gr. vi, p. 353 seqq. ed. Harles. Ibi tamen paene nihil nisi *nomina propria* virorum CCCLXXX *quondam* clarissimorum reperient. Sic transit gloria mundi, at non item virtutis! Nam hodieque admiramur viscera aenea *Didymi χαλκωτίρου*, quibus ad MMMM commentationes elaborare potuit deperditas, in quibus sola de marmoribus et lignis superstes, vulgaria autem Didymi junioris forsitan scholia ad Homerum ne numerantur quidem; hodieque laudamus *Apionem μόχθον* a laborum molestia, qua etiam Josephi Judaei polemicam contra Graecorum literas sustinere debuit; hodieque celebramus ultimum veteris Alexandriae Grammaticum Joannem *φιλόπονον* à studio laborum, quibus et ipse Christianus Christianorum et Ethnicorum Procli et Saracenorum sub Omare pertulit molestias atque pericula! —

(*) Histor. crit. oratorr. gr. ad Rutil. Lup. p. xciv; etiam apud *Reiskii* orr. gr. T. VIII. p. 168 seqq. ex Quintiliani inst. or. x, 1; Procli chrestomath. p. 340; Grammatico bibl. Coislin. in Fabricii b. gr. ix, 599; Suida et Scholl. Lycóphr. et Hephaest. — Cf. *Wytttenbachii* vita *Ruhnkenii* p. 144 et 286 ed. Batav. — Non in omnibus accurate exhibetur haec tabula ap. *J. Matterum* II, 52, quamquam verum videtur, quod monuit *Wytttenbachius* l. l. neminem Veterum *hunc* catalogum *qualis* ab Aristoph. et Aristarcho confectus erat, nobis servasse, *hos* diserte auctores prodidisse.

A.) Poetae:

a.) Epici sensu latiori: *Homerus*, *Hesiodus*, *Pisander*, *Panyasis*, *Antimachus*.

b.) Lyrici sensu strictiori: *Alcman*, *Alcaeus*, *Sappho*, *Stesichorus*, *Pindarus*, *Bachylides*, *Ibycus*; *Anacreon*, *Simonides* ille mnemonicus, ex insula Ceo. — Hi fuerunt novem Lyrici, quorum principem Quintilianus vocat *Pindarum*, quem nos et solum fere cum *Anacreonte*, quamquam in paucioribus superstitem nominare possumus. — *Jambographi*, Lyricorum antiquissimi nostratibus ante *Caesaronum* multae confusionis vocabulo satyrici vocati, tres fuerunt electi: *Archilochus*, *Simonides* ex insula *Cycladum*, *Amorgo*, et *Hipponax*.

Elegiaci: *Callinus*; *Mimnermus*; [*Philetas*; *Callimachus*, sed uterque jam doctus *Alexandrinus*].

c.) Dramatici: et quidem

a.) Tragici: *Aeschylus*, *Sophocles*, *Euripides*, *Jon*, *Achaeus*.

β.) Comici: iique

1.) veteris comoediae: *Epicharmus*, *Cra-
tinus*, *Eupolis*, Aristophanes, *Phe-
recrates*, *Plato* (non permutandus
cum Philosopho);

2.) mediae: *Antiphanes* et *Alexis*;

3.) novae: *Menander*, *Philippides*, *Di-
philus*, *Philemon* et *Apollodorus*.

B.) Historici: Herodotus, Thucydides, Xenophon,
Theopompus, *Ephorus*, *Philistus*, *Anaxime-
nes*, *Callisthenes*, *Clitarchus*.

C.) Philosophi: Plato, Xenophon, Aeschines (Socra-
ticus, non cum oratore permutandus, sed spurius
fortasse is qui vulgo fertur), Aristoteles, Theo-
phrastus.

Ex Oratoribus (more antiquo et ex ipsius Cice-
ronis sententia a Philosophia haud facile sepa-
randis!) recepti erant decem attici: Antiphon,
Andocides, Lysias, Isocrates, Isaeus, Aeschines,
Lycurgus, Demosthenes, Hyperides, Dinarchus.

Hactenus fere tabula primi ordinis (πρώτης τάξεως
πίναξ), cujus vel paucissima veluti e naufragio seculorum

servata fragmenta ex Athenaeo, Eustathio, Suida, Pa-
tribus denique ecclesiae omnibusque adeo omnium scrip-
torum Citatis undecunque colligere et corradere, quot et
quantos jam exercuit virosque juvenesque a renatis lite-
ris ad nostram usque memoriam! — Polybius autem,
quo ceu principe Historicorum pragmaticorum adhuc in
potioribus superstite gaudemus, tunc temporis vel non-
dum innotuerat, vel nondum extitit, vel omissus erat
spontè, quia Aristophanes et Aristarchus, teste Quintiliano
l. x, 1, neminem sui temporis in ordinem redegerant:
Pari ratione quasi apocryphi manserunt nobilis philoso-
phus eclecticus ac biographicae historiae pater, Plutar-
chus; neo-platoniorum philosophorum princeps, Plo-
tinus; suavissimus temporum suorum castigator, Lu-
cianus, aliique.

Nihilominus vero ejusmodi tabulam quoque secundi
ordinis in votis fuisse Alexandrinis, et disertis memo-
ratur verbis, et testantur certamina musica regis in-
stituta auspiciis; testatur plejas, quam vocant, poetica;
testatur plejas, quae subinde nominatur, tragica, ac
fortassis etiam comica. Attamen tristis quaedam illorum
temporum uniformitas (monstra demum pariens poe-

tica nec non ludicra quae memorare pudet) nihil suavius procreare potuit, quam doctas Veterum imitationes, doctas elegias ac epigrammata, carmina didactica, vitaeque pastoralis ac domesticae imagines et narrationes eroticas pedestri postremo oratione prodeuntes. Ita melioribus adhuc Ptolemaeorum temporibus inclaruerunt Apollonius Rhodius, ejusque praeceptor nec non acerbissimus acmulus, Callimachus, uterque scilicet poeta voluminibus magis quam numine afflatus; Lycophron, Aratus, Nicander, Theocritus, *Philiscus* s. *Philicus*, aut quicumque fuerint isti splendido istius constellationis nomine symbolico Alexandriae insigniti, de quibus jam fluctuant Suidae, Scholiastarum, aliorumque notitiae.

IV. Formae.

Conspeximus igitur satis latum adhuc ex infinita librorum Musei et Serapei copia campum, in quo praecipue exercerentur vires Criticorum Alexandrinorum, omniumque, qui eos secuti sunt alibi. Materiam philologicam primus praebuit Homerus, formam (*)

(*) Optima quaecunque de forma ac ratione rei criticae et grammaticae Alexandr. debemus, ipso Heynio ad Hom. v. III, p. 55 — 56 ingenue fatente, post *Kusterum* ac post doctam *Villoisoni* itinera et anec-

Aristoteles. Nam a parte potiori facile fit denominatio, nisi quis Platoni, ut paulo post videbimus, allegoricam vindicare velit eruditionis Alexandrinae formam. Praecipue vero observabant externum literaturae priorum temporum habitum, observationes singularum vocum et rerum in loca quaedam communia digerebant, et omnia deinceps ad artis formam redigebant, unde *τεχνικοί* s. *τεχνόγραφοι* vocabantur primi nostrae Grammaticae auctores (*). Quomodo ortae sint partes orationis, de quibus et Stoici meriti sunt, jam supra vidimus habita ratione poeticae Aristoteleae. Poetarum

1) grammaticae.

dota, sagacissimis *F. A. Wolfii* ad Homerum prolegomenis, quem librum (*δύσκολον* quidem quoad formam) non satis inspectum fuisse a *Mattero* V. C., dolendum est. Id specimini ejus historico de Schola Alexandrina, in qua alioquin plurima nitent, paucas etiam adpersit maculas, v. c. II, p. 54 *διδασκαλίας* (Veterum catalogos de dramatum auctoribus, tempore ac fortuna, cf. Schneider et Passow, in Lexicis) fuisse „*theories de belles lettres*.“ Attamen hisce parum offensi gratulemur potius Francogalliae post tot ac tantas rerum eversiones renascentem paulatim humaniorum literarum cultum.

(*) Ex. c. *Dionysius Thrax*, unus omnium antiquissimus (si forte Aristarchi discipulus) ac celeberrimus, in cujus artem (ap. Fabric. b. gr. VI, p. 311 — 19, Harl. et Villosion. anecd.) multi alii ut Porphyrius, Heliodorus, Diomedes Scholasticus, Melampus, Stephanus, Theodosius Alexandrinus, Georgius Choeroboscus etc. scholia scripsisse perhibentur.

lectioni debebant etiam προσφθίζαν et universam rem metricam (*). Addita est subinde ex accuratiori rhetorices de elocutione capitis tractatione Syntaxis grammatica (**), ac universa de figuris et tropis doctrina (***) . Auctae subinde sunt etiam de dialectis, attica (†) praesertim, observationes ac collectiones (††). — Porro, si in legendis auctoribus verba obscuriora (γλώσσας) animadvertent, ea in margine aut glossematibus interpretabantur aut aliis vocibus usitatis s. λέξις vertebant, ex quarum collectione postea *lexica* prodierunt, s. *glossaria*, quae igitur ab initio singulis solummodo auc-

(*) Ex. c. *Hephaestion* cum suis scholiastis, ed. J. Corn. de Paw, 1726, cujus tamen errores vehementer castigavit *Dorvillius* in vanno critica, 1737.

(**) Ex. c. *Apollonius δυσκολος*, Aelii Herodiani Grammatici pater, Syntacticorum facile princeps, Fr. Sylburgii nostri editione, quam hic non ad manus habere doleo.

(***) Ex. c. *Rutilius Lupus*, qui, etsi Romanus, sua tamen e Gorgia, Marci Ciceronis filii praeceptore, hausit; notissimus praestantissima D. Ruhnkenii ed. Lugd. Bat. 1768.

(†) Ex. c. *Phrynichi*, Bithyni, Atticista ed. Lobeck. *Aelius Moeris*, Atticista, ed. Pierson. Lugd. Bat. 1759.

(††) Ex. c. ex Alexandrinis collegit universam de dialectis doctrinam *Gregorius Corinthius*, etsi Metropolitae medio sec. XII p. C. — ed. Koen.

toribus (*), indiculi more, inserviebant. Si omnia vitae communis vocabula ad usum linguam discentium explanabant *Onomastica* scribebant, quorum illud Pollucis (egregia T. Hemsterhusii editione), in usum Comodi imperatoris (cum adolescens esset et Athenis studeret literis) elaboratum, probat ab initio non secundum alphabetum sed rerum quandam seriem elaboratos esse hujusmodi libros. A diis et rebus sacris incipit Pollux noster ad instar fere nostratum, qui ad vitae usum vocabularia et phrases peregrinis conscribunt, et quoniam adolescens regius venationem amabat, etiam ejusmodi vocabulis librum integrum dicavit, in quo post canum censuram vel daemonum et pharmacorum nomina et de quibus Plato ταυτὸν dicat et θάτερον, aliaque hujuscemodi, non neglectis piscium venditoribus ac aucupibus, occurrunt, unde de systemate farraginis illius, caeterum nobis ad omnia paene antiquitatis studia utilissimae, judicari licet. Non fieri potuit, quin mature quoque τὰ ὅμοια καὶ διάφορα s. συνώνυμα vocabula subtilius

(*) Ex. c. *Apollonii Sophistae* glossarium ad Homerum, ed. Villoisonii et Tollii; *Timaei Sophistae* ad Platonem, ed. Ruhnkenii; *Harpocratonis* Alexandrini ad x orator, att. ed. Gronovii.

dirimerent, quorum post Pollucem specimina nobis etiam praebet *Ammonius Alexandrinus*, (post optimam Valckenaerii editionem) a celeberrimo nunc Germanorum Ammonio quondam in epitomen redactus. Si denique ejusmodi collectiones vocabulorum in universum complectebantur omnes omnium vocum significationes in variis auctoribus ac dialectis occurrentes, secundum *στοιχείων* s. alphabetum digestas, secundum *ἔτυμον* grammaticum accuratius explicatas: serius demum exoriebantur ejusmodi *Etymologica* (*), quae mox et nunc quidem sola Lexicorum nomine celebrantur. De interioribus autem veteris Lexicographiae naevis ac historia omnium accuratissime egit Ernestius in dissertatione de usu Glossariorum veterum Hesychii Lexico ex editione Alberti et Ruhnkenii praemissa. Fuisse videtur Hesychius ille Alexandrinus jam homo christianus sub finem seculi p. C. quarti, ideoque e prioribus Lexicorum auctoribus non solum quid utile videbatur ad auctores profanos recte intelligendos, sed etiam quid ad N. T. atque Ale-

(*) Ex. c. Etymologicum magnum, ab Anonymis medii aevi e prioribus hujusmodi libris compilatum, ed. F. Sylburgii, nuper Lipsiae repetita.

xandrinam V. T. versionem, quam LXX interpretum vulgo vocant, necessarium erat tum temporis lectoribus, consarcinavit. — Sed omnem hanc *τέχνης* et *λέξεων συναγωγῆς* rationem tempore facile praecessit certeque semper comitata est praxis hermeneutica, in qua statim duplex exorta est Alexandriae interpretandi ratio, altera grammatica, allegorica altera, quarum utrique poetae potissimum erant subjecti. Si *grammatice* interpretabantur auctorem, proponebant totum ejus argumentum (*ὑπόθεσιν*), faciebant singularum partium enarrationem (*ἐξήγησιν*), adspergebant margini notas seu breviores (*σημειώσεις*), seu longiores de rebus et verbis obscurioribus (*σχόλια*), unde *σχολιάστης* vocabatur is, qui edebat *ὑπομνήματα* sive integros commentarios, quorum specimina adhuc extant in graecis medii aevi codicibus, praesertim quae ad Homerum Didymi nomine vulgo feruntur. Sunt autem hujusmodi scholia plerumque nihil aliud, quam quod nos vocamus notae variorum, ubi bona sunt mixta malis. Quoties itaque nostri homines Scholiasten veterem vituperare aut irridere gaudent, cave putes hunc semper fuisse unum eundemque auctorem. Quotusquisque est in his ccl. scriptoribus, dicit Wolfius in pro-

legg. p. cxc, qui excitantur in celeberrimis Villoisoni Venetis ad Homeri Iliadem scholiis, quem nos accuratius norimus, et quot sunt, addi licet, quorum ne nomina quidem allegantur. Attamen multae animadversiones eorum omnia medii aevi secula percurrerunt ad nostra usque tempora, in quibus et iis ad Pindarum praesertim, ad Tragicos, ad Aristophanem aliosque aegre careremus. Quid? quod pluris etiam interdum Lycophronis et Nicandri Scholiastes aestimatur, quam hi ipsi Plejadis Alexandrinae auctores. Amabant praeterea hujus aetatis Critici varias movere quaestiones de sententiis, fabulis, moribus etc. quas *ζητήματα*, *προβλήματα*, *ἀπορήματα*, i. e. quasi dubia vexata auctorum vocabant. Sic jam inter deperdita Aristotelis nominantur ejusdem *ἀπορήματα ὁμηρικά*. Qui talibus insistebant quaestionibus, *ἐνστατικοί*; qui solvebant s. *λύσεις* scribebant, *λυτικοί* vocabantur, quorum opera fortasse Ptolemaeos interdum inter musci porticus delectabant (*). Erant

(*) Vid. Specimen apud Wolf. p. 279 in nota, Porphyriique *ζητήματα ὁμηρικά* passim. Inde Apollonius *δύσκολος* hoc traxit cognomen, quia difficiliores caeteris proponere solebat quaestiones, quamquam id latius etiam de vita et moribus ejus intelligi potest.

etiam, qui solas tragicorum fabulas mythicas colligerent ac disponerent, ut Apollodorus in sua bibliotheca mythica et Romanorum Hyginus. Si eas ad historiae aut humanae consuetudinis causas revocabant sine adhibitis allego-riarum machinis, frigidi erant ac jejuni, ut Palaephatus *περὶ ἀπίστων*. Si eas pythagorice aut heral-lice secundum illud *τὰ πάντα εἶναι* in novum carminum corpus ad transformationum filum conglutinabant, *μεταμορφώσεων* opera exoriebantur, quorum vestigia Ovidius inter Romanos felicissime pressit. Amabant etiam edere *συμμίγματα* et *παντοδαπὰ ἀναγνώσματα*. i. e. miscellaneas ob-servationes et lectiones varias, longae in legendis volu-minibus experientiae fructus, cujus generis non sine pro-pria quadam veteris elegantiae laude inter Graecos Athenaeus in Deipnosophistis, Aelianus in variis historiis, inter Romanos autem unus omnium doctissimus Varro in paucis fragmentis, Aulus Gellius in noctibus atticis, Censorinus de die natali, Macrobius in Somnio Scipio-nis et Saturnaliorum conviviiis summam nobis relique-runt doctrinae copiam. Studebant denique omnes om-nium gentium ac temporum *ἱστορίας* i. e. ipsas ipsarum rerum cognitiones in unum colligere ac disponere corpus

sive bibliothecam (συγγράμματα), quo in genere Diodorus Siculus adeo excelluit, ut merito etiam in reliquiis *universalis* historiae pater haberi possit. Nec dubito huc etiam Geographiam Strabonis referri posse, aliquatenus in sua locorum et urbium descriptione adhuc antiquam poetarum, Homeri inprimis, auctoritatem venerantis. — Sed ab hisce variis grammatico-historicae interpretationis generibus ac fructibus jam revertamur ad alteram interpretandi rationem, *allegoricam* s. mystico-philosophicam. Sine dubio is, qui allegorias scripsit, allegorice est interpretandus. Cum autem constet Poetas graecos naturae ac simplicitati vel maxime studuisse, mirum est contra ipsorum sensum Alexandriae non minus quam Pergami eos allegorice esse contortos. Hujus rei causae itaque jam inde a Pythagorae temporibus praecipue fortasse quaerendae sunt in Platone et genio actatis supra vulgarem superstitionem exculato. Plato enim Poetas, cum pulchritudinis sensu ineptias nutrent populi de diis ac rebus sacris, e republica, qualem ille sibi aliquando fieri posse finxerat, prorsus eliminandos voluit. Nunc autem cum sub regibus post Alexandrum M. nihil minus appareret quam aliqua rei-

s) allegorica.

publicae platonicae species, cum poetae semper placerent, Homerus quasi divus haberetur et omnis sapientiae fons, Grammatici praesertim Stoici (*) aliud reconciliationis remedium in mysteriis invenerunt atque in allegoriis, quibus jam Socrates (**) usus fuerat, ad quas Plato unus omnium maxime viam muniverat ipse (***), ac quibus deorum ineptias ad physicas ethicasve veritates conformare nitebantur. Nec ineptum fortasse hoc fuisset consilium, omnes Graecorum mythos ad Pantheismum illum orientalem ac symbolicum, ex quo ante hominum graecorum memoriam sensim orta ac depravata esse videtur eorum mythologia paulatimque proprio solo poeticé exculata, omnino ingenii ope revocare potuissent. Placuit deinceps hoc consilium multis scholae Crateteae s. Pergamenae interpretibus eo magis quo incautius propriis indulgere Somniis ac novis inclarescere

(*) *Athenagorae* Apolog. c. 6. *Cicero* d. nat. deor. II, 23. 24. 26. 28.

(**) *Xenophont.* memor. II, 6, 11 — 31, unde apparet, novis antiqua, universalibus particularia etc. accommodandi studium proprie sic dictas *allegorias antecessisse*.

(***) Ex. c. in *Sympos.* de amore, in *Phaedro*, aliisque innumeris locis, in quibus magis poetice loquitur Plato, quam unquam Homerus, quem *Republ.* II, p. 377 seqq. et I. III. pass. exulat.

poterant opinionibus, nihilominus divo eorum Homero omnem fere cultioris aetatis sapientiam tribuentes (*). Magis etiam innutrita est, vel invita Aristarchi schola, haec allegoriarum captatio Alexandriae, consuetudine Judaeorum eruditorum, de quibus constat tum fabularum gentilium odium ac contemptus, tum arrogans illa opinio, Aristobulo (**), praesertim auctore supposititiis sustentata libris, Graeciae sapientes omne quid sani haberent ex ipsorum libris sacris hausisse, qui tamen inde ab anno 280 demum a. C. graeca sub auspiciis Ptolemaei Philadelphi versione notiores facti sunt. Supplicari etiam licet e Philone (***) Rabbines jam inde ab Esrae temporibus solitos fuisse multa in V. T. de deo rebusque divinis ἀνθερωπομόρφως praedicata aut symbolice

(*) Ex. c. *Heracliti s. Heraclidis* (non Pontici, Arist. discipuli, prioris tempore) allegoriae homericae, ed. N. Schow. Gotting. 1782. 8. — *Porphyrus* de antro nymphaeum et quae *Eustathius* ex antiquioribus ad Il. et Od. passim excerpit.

(**) Cf. *Valckenaerii* Diatribe de Aristobulo Judaeo, philos. peripat. 1806. in 4.

(***) Ex. c. in tractatu de mundi opificio, legis allegoriis, e quibus tamen magis elucescit tritum illud: ἢ Πλάτων φιλονίξει, ἢ Φίλων πλατωνίξει.

instituta allegorice interpretari, ex cujusmodi opinionibus postea eorum theologia mystica s. cabhala erat profecta. Ludebant itaque nec non certabant interdum ad sacra sua sapientioribus commendanda paribus armis et Graeci et Judaei. Ad summum vero pervenit fastigium allegorica illa veterum librorum interpretatio temporibus iis, quibus jam Marte aperto christianismus de summa rerum certabat cum paganismo. Satis notus est inter patres ecclesiae eruditissimus ille Clemens Alexandrinus, praeceptor Origenis, qui etiam superavit magistrum omnibus Critices atque interpretationis cum grammaticae tum allegoricae artificiiis (*). Sic una alteram partem semper lacessebat et provocabat veluti ad tuenda sua sacra, ad quam rem paganos praesertim nil magis juvabat, quam ars illa omnium rerum similia captandi. Juvabat eos etiam eclectica istorum temporum philosophandi ratio, qua Ammonius Saccas, qua Plotinus unus omnium maxime excellebat, Orientis sapien-

(*) Ex. c. in tractatu *περὶ ἀρχῶν*, ubi triplicem Origenes statuit S. S. sensum: literalem, quasi hominis *σώματι*; moralem, quasi *ψυχῇ*; ac mysticum (et allegoricum et anagogicum) quasi *πνεύματι* respondentem! —

tiam cum Aristotelica et Platonica praesertim; non sine omnium partium applausu, miscens. Cujusmodi Syncretismus tandem divulgandis Apollonii Tyanæi, pythagorici quondam praestigiatoris, laudibus, omnem Polytheismi superstitionem exhauserat. Ita factum est ut cum plebe etiam sapientiores sibi persuaderent, mysteria eorum recte intellecta jam dudum verae religionis semina continuisse, non opus itaque esse nova religione, si vulgaris superstitionis ineptias ad sensum mysteriorum allegorice interpretarentur. Sic itaque enata esse videtur haec allegoriarum consuetudo, et latius propagata adeo crevit, ut etiam à christianis hominibus in suam rem conversa longo saeculorum medii aevi decursu in deliciis haberetur, et vel serius adhuc Cocceji theologiam typicam, quam vocant, generaret.

5) critica.

Jam vero etiam Critices alexandrinae proprie sic dictae faciem ac formam videamus ejusque pervestigemus origines. Jam supra monitum est, Homerum Aristarcheis primam praebuisse de spuriis et falsis judicandi materiam. Sed genuina lectio illis fuit ea, quae poetam maxime decere videbatur. Neque enim diplomatica et codicum auctoritate suffulta, ut apud nos,

eorum esse potuit Critica, sed conjecturalis atque ad solum venustatis sensum conformata, quia talis erat, homericorum carminum conditio, ut ab initio ore tenus propagata, à rhapsodorum ingenio mutata, longo saeculorum intervallo à variis varie non typis, ut apud nos, sed calamo mandata, non unam ubique praeberent formam. Obsoleverat jam diu digamma illud aeolicum, quo hiatum vitaverat poeta ante οὔ, οἶ, εἶ, εἶδω, εἶομα, εἶπῆν, ἀναξ, Ἴλιος, οἶνος, οἶκος, ἔργον, ἴσος, ἕκαστος eorumque derivata. Absterga erat jam diu priscae vetustatis aerugo. Memorantur quidem jam ante Alexandrinos recensione quaedam, sed solummodo obiter aut secundum urbes, ut Massiliotica, Sinopica etc., unde codices suos paraverant Ptolemaei. Relicta igitur erant omnia arbitrio et judicio horum Criticorum, qui nobis nostrum textum homericum non tam restituerunt, quam constituerunt. — In caeteris auctoribus, cum ipsa eorum *autographa* praesertim quaererentur, imo vi interdum extorquerentur, sane non multum eorum judicio ad emendandum relictum fuit. Ubicunque tamen iis aliquid non congruere videretur, virgula critica sive obelo notabant quasi παρεμβεβλημένον

i. e. interpolatum, et ἀθετούμενον s. spurium ac notis expunctum, quas ἀθετίσεις satis multas fuisse ex antiquis a Villoisono editis praesertim scholiis patet. Asteriscis etiam, lemniscis, hypolemniscis aliisque signis criticis notabant soloecismos, luxaturas, aut quod eorum palato minus accommodatum esset. Ita sane recensione (διορθώσεις) suas curabant, ita erant solliciti de textus sui integritate, ut obelus Aristarchi in proverbium abiret, et schola unius damnaret apologias ἀθετίσεων alterius, non raro in rixas erumpendo ac discipulorum turbas, ita ut in epigrammatibus (*) interdum jam riderentur γραμματικοὶ ὡς Μάμου τέχνα, οἷσι μέμλε τὸ ΣΦΙΝ, τὸ ΣΦΩΙΝ καὶ τὸ ΜΙΝ ἢ τὸ ΝΙΝ.

Quod vero attinet ad librorum authenticam dispiciendam, qua sua cuique tempora ac nomina vindicabant, animadvertendum est, duplicem ortam fuisse Alexandriae causam auctorum suppositiciorum, quarum altera ab avaritia, altera paulo serius a fraude profecta est illa, quam satis impie piam vocabant. Nam Ptolemaci, cum quibus mox et Attali reges aemulabantur Pergami urbe,

(*) Brunckii Anal. II, p. 65. 205. V, p. 223. (Anthol. Planud. II, 40.)

undecunque libros conquirere studēbant, ita ut multi jam falsa volumina in rhetorum ac sophistarum scholis saepius solummodo exercitationis causa elaborata sub fictis Platonis, Demosthenis, Aristotelis, aliorumque nominibus venditare eis auderent. Ac quoniam igitur ipsa celeberrimorum auctorum autographa, ut jam dictum est, à regibus istius temporis quaerebantur, imò vi extorquebantur, non mirum est, geminum Aristotelem omnium maxime iniquam expertum fuisse sortem, siquidem diu in obscura ac humida Neleidum Scepsi, Attalorum urbe, habitantium cella fuerat absconditum, donec misere laceratus ab humore et blattis vitiatum tandem largiori argento redemptus Athenas remigrasset, unde a Romanorum Sulla ope Grammaticorum divulgatus nunquam ipse, quamquam orbem et secula illustraturus, priscum recuperavit splendorem nec unquam fortasse in illum, quo aliquando fuerat, ordinem restitui poterit (*). Altera ὑποθήκας causa,

(*) Plutarch. in Sulla c. 4, et Strabo, l. XIII, p. 609. ed. Almelov. — Cf. generatim de hac materia Bentleyi epist. Phalar. ed. Lennep p. 7 seqq. in responso ad Boylium, ubi et Galeni aliorumque luculentissima testimonia censentur.

Christianorum potissimum temporibus invalescens, fuit fraus illa satis improbe pia dicta, qua paganos Christiani ex. c. Sibyllinorum librorum fictis oraculis, pagani contra fictis Orphicis, Pythagoreis, Hermetis Trismegisti, aliis, Christianos ad se invicem pellicere studebant. Sic orta sunt pseudepigrapha, gravis sane ac larga disquisitionum de librorum authentia materia, quae tamen ne hodie quidem satis discussa videtur. Alexandriae Criticorum omnium intererat quidem auctorum classicorum γνησιότης illa, quam et testimoniis et internis scriptorum criteriis eruere satagebant; varios jam suppositicios notaverant libros ex avaritia ortos; sed quid spurii procreaverat fraus, nostris demum reliquisse temporibus eruendum videntur (*). Pulcherrimus denique, teste Dionysio Thrace, pariterque ultimus, consentiente Longino, longae experientiae fructus erat κρίσις ποιημάτων καὶ λόγων. Hoc de literatura poetica ac prosaica recte judicandi munus Criticorum non igitur constabat in solis codicibus inter

(*) Cf. Clerici ars critica t. II, sect. 2; et t. III, continens epistolas suas criticas et ecclesiasticas, priorum sect. quasi partem applicatam.

se conferendis mendisque librariorum, tollendis, vocabula signis distinctionum accentuumque notando, et nisi quae alia sunt ejusmodi caeteroquin maxime necessaria officia, quae veteres partim assignant Grammatistis (*), iole legendi scribingue elementa docentibus, recentiores autem doctos in officinis Aldi, Wechelii aliorumque summam modestiam exercuisse viderunt correctores. Versabatur potius hoc munus post illud jam memoratum de cavenda ac dispicienda authentia librorum in censendis poetarum ac oratorum virtutibus et vitiis, ut comelius, quid in quocunque genere, dicendi inprimis, imitandum, quid fugiendum sit, discerent auditores. Hujusmodi praeclara exempla nobis adhuc exstant in Dionysii Halicarnassensis veterum scriptorum characteribus, in Longini libro de sublimitate vilioris tamen quam pro gloria sua pretii, et inter Romanos in Ciceronis Rhetoricis ac Quintiliani institu-

(*) Sext. Empir. contra Mathematicos, i. e. dogmaticos disciplinarum professores, l. I, §. 56, ed. Fabr., Grammaticam s. legendi scribingue artem generi humano utilissimam laudat, Grammaticam vero deinceps secundum τὸ τεχνικὸν, ἱστορικὸν (exegeticum genus) et κριτικὸν suo more i. e. empirico-sceptice et acriter perstringit; cf. l. x, §. 19 et Wolfii prolegg. p. 233. at fusius in Wower. Polymath. c. IV.

tionibus oratoriis, quarum libro decimo recensum aucto-
rum classicorum cum graecorum tum romanorum
debemus, qualis postea semper summa fuisse constat
auctoritate (*).

4) Doctorum
provinciae.

Haec itaque universa fuit rei criticae facies, Ale-
xandriae quasi omnium bonarum artium metropoli
exulta. Tres potissimum earum doctoribus (Sophista-
rum nomine, non amplius indecoro, honoratis subinde)
assignatae fuerunt provinciae (**). *Grammatici* erat
puerum ex Grammatistarum schola elementaria in bonos
auctores, poetas praesertim, introducere atque per
varia progymnasmata (***) ad altiora praeparare studia.

(*) Hinc ipse *Lutherus* in Ep. ad Spalat. „*Quintilianus* unus
est, qui optimos reddit adolescentes, imo viros. Hunc unum rogo
ante omnia ne derelinquas. Ego prorsus *Quintilianum* fere omnibus
auctoribus praefero, qui simul et instituit, simul quoque eloquentiam
monstrat, id est, verbo et re docet quam felicissime.“

(**) Cf. *Quintiliani inst. or. I et II. passim, ibique interpretes.*

(***) Ex. c. *Hermogenis Tarsensis*, praeceptoris Marci Antonini
Imperatoris, cum alia rhetorica tum progymnasmata, ab *Aphonio*,
Sophista Antiocheno, exemplis illustrata, a *Prisciano* latinitate donata,
a multis literarum restauratoribus iterum atque iterum recentioribus
accommodata temporibus, quamquam in graecis dia delitescentia et
ab *Heerenio* demum Taurini reperta ac primum edita in ejusdem et
Tychsenii Bibl. Littex. vet. etc. Gott. 1791. t. VIII, post p. 128 seqq. —

Maturesi expectabat Rhetor, excipiebat Philosophus.
Philosophi (*) erat officium Veterum ethica, physica
ac dialectica sapientia imbuere adolescentes, vitamque
et mores eorum vel ad Epicuri, vel ad Stoicorum,
vel Peripateticorum aut Academicorum, vel seriorum
Eclecticorum ac Neoplatonicorum revocare formulam.
Rhetoris (**) erat munus juvenes ad eloquentiam
informare forensis, e qua pacis veluti sacra militia

Quanta libelli per tot secula, gentes, terras, in scholis late regnantis,
fortuna! Quam ante oculos habemus ed. Vesaliensis a. 1670 cum scholiis
Reinhardi Lorichii, Hadamarii, exhibet p. 306 exemplum descriptionis
Alexandriae; p. 209 ex. encomii Marpurgensis academiae; et p. 58 ex.
chriae in Helium Eobanum Hessum, poetam, Marpurg. Ac. prof., qui
moriturus hoc Ennii carmen protulit:

Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletu

Faxit. Cur? volito docta per ora virum.

(*) Ex. c. *Diogenes Laertius*, primi compendii histor. philos.
auctor epicureus (ed. Meibom.) — Post *Senecam*, Neronis praecep-
torem, *Epictetus*, servus, et M. A. *Antoninus*, imperator romanus,
stoicae sectae triumviri! — *Simplicius*, peripatet. et Epicteti com-
mentator. — *Alexander Aphrodisiacus*, Aristotelis Ἐξηγητής; *Themistius*
Euphrad., ejusdem παραφραστής. — *Porphyrus*, *Jamblichus*, *Euna-
pius* (qui et vitas Sophistarum Philostrati sen. continuavit), *Proclus*,
Olympiodorus, Platonis aut Plotini interpretes eclecticici (ed. Creuzer.) —
Nicomachi, aut cujuscunque Pythagorei theologumena arithmetica. —
Joannis Stobaei eclogae physicae et ethicae (ed. Heeren.) etc.

(**) Ex. c. *Dio Chrysostomus*, quem tirones ne commutaverint
cum Joanne Chr. patre ecclesiae, *Herodes Atticus*, *Aelius Aristides*,

redundabant patriae honores, manabant divitiae. Sed oppressa subinde libertate, verae eloquentiae matre, ex antiqua illa consuetae eloquentiae palaestra multi postea prodierunt sophistae vano verborum strepitu gaudentes, declamatores inanes ac panegyrici veteres. Quo factum est, ut, nunquam penitus sublata ingenii ubertate, quae scripta fuerant exercitationis gratia interdum etiam sub falsis virorum clarissimorum nominibus venderentur avaritiae causa credulis librorum amatoribus, ut doctissime ostendit R. Bentlejus de Phalaridis, Themistoclis, Socratis, Euripidis, aliorumque epistolis.

Unica adhuc restabat Critices provincia, monumentorum scilicet et artis operum, non tam desolata quam nondum occupata. Relictum manebat seriorum artificum arbitrio, strenuam veteris elegantiae formam ac canonem in dies magis magisque negligere, ut primus omnium optime docuit Winkelmannus in pulchrae artis historia, quae verae in hac re Critices faces Eu-

Maximus Tyrius, quem etiam loquacem Platonis interpretem dixeris, *Libanius Antiochenus*, qui et progymnasmata reliquit cum *Theone*, ac *Juliani Apostatae* fuit praceptor, quorum plerosque Reiskius edidit. Etiam *Themistius Euphrades*, Aristotelis interpres, *Alciphronisque* ac *Aristaeneti* epistolae eroticae etc. huc referri possunt.

ropae recentiori praetulit, quamquam et Montfauconus et Caylus haud quaquam spernendam imo stupendam hujus rei congesserant molem, sed rudem adhuc et indigestam, ipsius Critices quasi progymnasmata. Idem fere diu post deperdita Polemonis Periegetae templorum *ἀναθήματα* et jam ante Callistrati statuas ac utriusque Philostrati imagines s. picturas (*) judicari licet de Pausania Cappadocae et Plinio Secundo majori, quorum ille in Graeciae descriptione saepius etiam antiquissima artis monumenta utili nobis ac jucunda descripsit superstitione, hic in historia naturali haud raro omnem Veterum rem statuariam ac pictoriam summa perlustravit industria ac admiratione.

Jam vero et eruditionis Alexandrinae colonias quasi in V. Propagatio. universum antiquarum terrarum orbem subinde usque ad Musci ac Serapei interitum deductas videamus, in summis tamen capitibus pro nostri consilii ratione nunc potius rem dilibantes, ac adumbrantes, quam perscribentes. Occurrit nobis primum non tam Alexandriae

(*) Cf. *Heynii* opuscula academ. vol. V., ubi et loca difficillima trium Sophistarum (ed. Olearii) saepius tentata sunt. Philostrat. sen. de vita Apollonii Tyan. simul male audit suo merito.

colonia, quam aemula, *Pergamum*. Collecta est et ibi a regia Attalorum (*) domo bibliotheca, quorum volumina non in Papyro, quem jam invidabant iis Aegyptii, sed pellibus, e Pergamo nomen suum trahentibus, conscripta erant. In hac larga totius criticae ac grammaticae encyclopaediae materia, unus omnium maxime versatus est *Crates Mallotes*, vehementissimus in minutissimis quibuscunque Aristarchi adversarius. Condidit ille scholam celeberrimam, sed penitus interierunt et hujus Critici commentarii, quamquam Crateteorum opiniones hinc illinc in scholiis citantur, ex quibus patet eos potissimum Philosophiam, Mathesin, Astronomiam, Geographiam, Eloquentiam, imo medicam omnesque artes ac disciplinas ex Homero suo derivare solitos fuisse, quodque ut melius fieret, ὑπόνοιαν s. allegoricum sensum longe praetulisse κυριολογίᾳ Aristarcheae, quam frigidam appellabant atque jejunam. Non minimam vero gloriam ex eo duxit Crates, quod primus

(*) De Attalorum in literas ac omnem fere publicam salutem meritis egregium exstat celeberrimi *Manso* programmata teutonicum, ante hos v vel vi annos (ni fallor, nam nunc non est ad manus) Vratislaviae editum. 4to.

fuit, qui Grammaticam tradidit *Romanis*, eam ab initio ut aliquid novi et majoribus inauditi respicientibus. Nam cum publice missus esset ab Attalo, hujus nominis ir. sine dubio ac cognomine Philadelpho, ad senatum romanum, inter secundum ac tertium bellum punicum sub ipsam Ennii mortem, prolapsus in cloacae foramen crus fregisse dicitur. Per omne igitur valetudinis tempus plurimas habuit praelectiones, et postea Romanis exemplo fuit, quod imitarentur (*).

Sed quemadmodum *Romanorum* literatura classica unicâ potissimum paulo ante et post Augustum circumscripta fuit aetate, atque caruit tragoedia, nisi forte nominaveris Senecam: ita et eorum eruditio grammatica ac critica serius tandem exorta prius etiam desiit quam Alexandrina, ac suos quidem protulit τεχνογράφους insignes ut Priscianum (**), et Terentii Virgiliique interpretes ut Donatum et Servium, nullum tamen, quod

(*) *Sueton.* de ill. gramm. c. II. — *Quintil.* instt. or. I, 1: „disciplinis quoque graecis prius instituendus est [puer], unde et nostrae fluxerunt.“

(**) Cf. *Heliae Putschii* Grammaticae Latinae auctores antiqui, Charisius, Diomedes, Priscianus etc. etc. cum indicibus locupletissimis. Hanoviae 1605. 4.

sciam, Lexicographum, nisi Verrii Flacci deperditi epitomatores, Festum „de verborum significatione,“ pari injuria tandem mediæ ævi initio a Paulo Diacono epitomatum, cujus rei causæ, in linguæ ac gentis indole quaerendæ, non amplius pro hujus commentationis modulo hic persequendæ sunt. Caeterum tam presse institerunt Graecorum vestigiis Grammatici latini, ut vel verbotenus minutissimos illorum exprimerent terminos technicos, ex c. *πτώσις* per *casus*, *αἰτιατικὴν* per *accusativum*, *δοτικὴν* per *dativum*, *αἰτιατικὴν* autem, quem Varro sextum casum s. romanum appellaverat, satis ridicule proprio Marte a rebus auferendis nuncuparunt orbis domitores. Unde non facile quis miretur Sciopium more suo ac respiciendo Cratetis calamitatem aliquando cloacinam appellasse Romanorum Grammaticam, unde manavit ratio ad quam formarunt imo contorserunt saepius et nostram et caeteras recentioris Europæ linguas. Elegantius tamen ac verius fortasse in universum de Grammaticis latinis judicavit Lessingius (*). Caeteri Romanorum Rhetores ac Grammatici, aut quam magis adamabant denominationem,

(*) Hamburg. Dramaturg. t. II, p. 156 seqq. coll. Vofs. Berol. 1794.

Literatores, ut Quintilianus, Macrobius, Censorinus aliique jam supra de variis eruditionis criticae Alexandrinae generibus suo loco memorati sunt.

Quantum vero Romani debuerint rei criticae Alexandrinorum satis testatur ipsius eorum literaturæ indoles, poeticae imprimis ac philosophicae, quæ ne intelligi quidem accuratius potest sine ope Graecorum. Aliter quodammodo evenit in Historicis. Nam iis temporibus, quibus eversa libertate optimo cuique non tam licuit aliquid scribendum facere, quam aliquid legendum scribere ad nominis romani sui que gloriam commendandam posteritati, non solum a Graecorum imitatione, sed magis etiam a proprio Marte ac satis felici ingenio profecti sunt Romanorum Historici, primum facile locum in eorum literatura tenentes classica. Quid? quod etiam Graeculi, Alexandrini, Tarsenses aliique ab hoc inde tempore in urbe totius orbis victrici saepius commorantes reviviscentem debuerint ac vegetiorem literarum suarum indolem, senescentem jam ac decrepitam, Romanis (*). — Mirum in modum tamen

(*) Cf. *Dionys. Halicarn.* in praefatione ad Ammaeum de vet. orr., ubi illud innuere videtur Criticus expertus, quod satis etiam

eos puduit ab initio literarum umbrae. Diu Graeculi mercede conducebantur Privatorum, et servile videbatur Romanis negotium ex libris et non amplius, ut olim, e majorum aemulatione duraque experientia erudire juventutem, donec paullatim tandem et nobiliores sub Imperatoribus publice profiterentur doctrinam. Nomen itaque professoris Romanorum pudori ac superbae modestiae suam debuisse videtur originem. At quod jam diu fecerant reges Alexandrini, Pergameni, et alii Graecorum, id sero demum imitari studebant Romanorum Imperatores, ut scilicet in urbibus celebrioribus ex fisco publico alerent Grammaticos, Rhetores, Philosophos, atque stipendiis idoneis emanciparent rem literariam ex Privatorum curis servilique avaritia. Ita efflorescere coeperunt ubique ad modum Alexandriae scholae cum bibliothecis in templorum propylaeis asservatis, ipsorum quasi Deorum securitate et tutela gaudentibus. Et bibliothecis quidem condendis jam Sulla inclaruit et Augustus, professoribus autem publice alendis Vespasianus demum et Antonini (*).

Celebrantur autem jam ante Romanorum munificentiam tanquam sedes variae eruditionis apud Veteres

restatur ipsa romanarum graecarumque tunc temporis literarum comparatio.

(*) Sueton. Vespasian. c. 18. — Jul. Capitolin. Antonin. Pius c. 11. — Dio Cassius l. 71.

praeter Romam et Pergamum, in Oriente praecipue Tarsus, St. Pauli apostoli civitas patria (*), Rhodus, Antiochia, Athenae, quam urbem nunquam sua destituit gloria in hujus periodi literis et re critica, usque dum Justiniani denique temporibus seculo sexto p. C. ultimi veteris normae Critici, sive, ut tum vocabantur, sophistae gentiles, relegarentur ad Persas. — Celebrantur etiam inter Romanos occidentales, bonarum literarum sedes satis frequentes, Mediolanum in Italia, Carthago et Madaura in Africa, Massilia imprimis et Burdegala, Tolosa et Narbo Martius aliisque in Galliarum oris, quarum literae, latinae quidem, nusquam non tamen redolent graecam et Alexandrinam originem. — Manserunt et etiam aucta sunt ejusmodi instituta critico-literaria sub Imperatoribus christianis, cum prisca eloquentia jurisprudentiae et philosophia pagana sacrae jam paginae patrumque traditioni cedere coepisset. Accessit itaque sub Constantino M., Theodosio M., Justiniano etc. Byzantium s. Constantino-

(*) Hinc hexametri fr. τὲ | γὰρ γένος | ἔσμεν ex Arato, Act. 17, 28; hinc trimeter jamb. ex Menandri fr. p. 78. φθείρουσιν ἢ θη χερῶν δὲ μιλίας κακὰί, 1. Cor. 15, 33; hinc Κρήτες αἰεὶ ψεύσασαι κακὰ | θνητὰ | γαστέρες | ἀργαὶ Tit. 1, 12 ex Epimenide de orac. — Sed haec ad Graecos! Ad Judaeos vero Allegoriae ejusmodi, ut in epistola ad Hebraeos, doctissimo Apostolo sui seculi genio sapienter indulgenti haud indignae videntur; cf. Gal. 4, 24 et Origen. ap. Euseb. h. e. vi, 25.

polis, Berytus, Ravenna, ubi quidem jura romana paulatim collecta docebantur praecipue, nec tamen Grammaticorum Rhetorum et Philosophorum scholae in priscum literarum honorem prorsus exulare debebant (*).

VI. Fata et
interitus.

Sed cum ex classicis Veterum scriptis veterem nutrirent liberalitatem, prudentiam civilem, humanitatem ac dictionis elegantiam, fieri non potuit, quin libertas, quam ex vitae consuetudine stipendiarii milites sine patria patriave amore ex unius nutu pendentes fugaverant, in scholarum umbra asylum quoddam reperisse videretur, at interdum etiam hic pro humanae naturae imbecillitate in pejus ruere coepisset. Probant id relegationes virorum doctorum sub Ptolemaeo II. Euergeta per antiphrasin, Philosophorum sub Domitiano, quamquam non memini unquam legisse, quod plecterentur professores, quicquid delirassent discipuli. Probant id porro factiones et turbae ad modum civilium partium studiorum subinde in Auditoribus, Athenis praesertim ac Antiochiae, non minus quam Alexandriae, enatae, quae magis etiam ingravescere coeperunt, postquam Paganismi ac Christianismi dissidium à verbis et scriptis et allegoriis jam ad facta, et bella et eversiones progressum esset. Paganismus enim in Juliano Apostata ulti-

(*) Cf. *Couring. antiquit. academicæ*, ed. *Heumann.*, ubi et disertatio ad l. i. Codicis Theodosiani de studiis liberalibus urbis Romae et Constantinop. et testimonia Veterum satis abunde illustrata.

mum habuit praesidium, Christianismus vero sub Theodosio M. jam acrius sustentabatur cremandis praesertim aut immutandis multis Paganorum templis, ubi multae etiam interierunt bibliothecae cum Grammaticorum commentariis, ibi non raro asservatis.

Subiit hanc eversionem etiam *Alexandriae* Serapeum sub Theodosio M., postquam ibi sub Julio Caesare Musei bibliotheca jam semel cremata, postea vero ex aemula Pergami copia litteraria, Antonio auferente eamque donante Cleopatrae, satis turpiter restituta esset. Hujus urbis fata ac vicissitudines cum nunc non amplius percensere possimus, memorare sufficiat, hic primam etiam effloruisse Christianorum scholam catechetica (*), in qua non solum catechumeni in religione christiana, sed etiam doctores Sancti Pantaei auctoritate, cui deinceps Athenagoras, Clemens, Origenes aliique secuti sunt, in eruditione veterum critica erudiebantur, et S. Scriptura litteris antiquis ceu fidei propugnaculo munebatur. Nam hujusmodi erat doctrina critica patrum ecclesiae, ut variis occasionibus pie docteque inserviret, donec primo theologiae systemate dogmatum rivi clauderentur ab Joanne

(*) *Eusebii hist. eccles. V., 10. 11 et VI passim*, ed. Valesii, ibique interpp. Cf. *Jacques Matter* l. l. I, p. 275 seqq. II. p. 233 seqq. et *J. G. Michaelis* de scholae Alex. catechet. orig. progr. et doctoribus in Symbolis lit. Breae 1745. t. i. p. 195.

Damasceno, Critico aristotelico. — Sed posteaquam diu armis veritatis utrinque fuerat dimicatum et sanguine martyrum jam stabilita fuerat res Christianorum, profligataque jacebat veteris Paganismi superstitio: tum demum rem pessimi exempli edidit Theophilus Archiepiscopus Christianorum Alexandriae, ubi stipatus militia Theodosiana eo usque progressus est, ut Serapeum everteret ejusque bibliothecam cremaret, quamquam et Olympius philosophus gentilis factione sua templum Jovis Serapis et bibliothecam suam acriter defendere conaretur (*). Attamen librorum vis ibi vix extirpari posse videbatur, donec 640 p. C. Alexandria ab Amru duce Saracenorum sub Omare Chalifo caperetur, infinitaque voluminum copia postremo interiret, in MMM balneis, teste quidem Abulpharagio, et seculi XII medico Abdollatif, igne per sex menses combusta. Sed, quicquid etiam recentiores (***) dubitaverint de hujus barbariei ratione, hic certe annus, adhuc Grammatici Joannis Philoponi nomine ac omine insignis, veterem quidem Alexandriam ac ejus saltem eruditionem criticam fere millenariam finivit! —

(*) Cf. Gibbon history of the decline and fall of the rom. empire c. XXVIII.

(**) Gibbon l. I. c. LI. et Car. Reinhard., quos docte refellit Tiedemannus in „Geist d. speculat. Philos.“ t. VI, p. 8 seqq.

PRÜFUNG DER ZÖGLINGE

IM

ACADEMISCHEN PÄDAGOGIUM IN MARBURG

DEN 28. UND 29. MÄRZ 1822;

DONNERSTAGS von 8 — 12 Uhr: Prüfung der Primaner und Secundaner im *Lateinischen* und *Griechischen*.

Ein religiöser Gesang der Schüler eröffnet die Feierlichkeit.

Von 2 — 5 Uhr Nachmittags: Prüfung der Tertianer und Quartaner in denselben Sprachen.

FREITAGS von 8 — 12: Prüfung sämtlicher Schüler im *Französischen*, in der *Mathematik*, *Geschichte* und *Geographie*.

Von 2 — 3: *Censur* der Sitten und *Versetzung* in höhere Classen.

MARBURG MIT BAYRHOFER'SCHEN SCHRIFTEN.

I.

Verzeichniß des im Winterhalbjahre 18 $\frac{1}{2}$ ertheilten ordentlichen-, außerordentlichen- und Uebungs-Unterrichts in Verbindung mit dem philol. Seminare.

(Der Plan des zu ertheilenden Unterrichts nach seiner näheren Tages- und Stunden-Ordnung wird den resp. Eltern und Vormündern jedesmal im Anfang des neuen Semesters im Oberhessischen Provinzial-Wochenblatte mitgetheilt.)

A) *Lateinisch*: (Eingeführte Schulgrammatik: WENK's unveränderte Ausg. In der ersten Classe ist jedoch noch GROTEFEND's Lateinische Sprachlehre, dritte Ausg. Fr. 1820. gewählt worden.)

a) *Stylübungen*:

In I. (Prima) bei Prof. Börsch in 2 wöchentlichen Stunden, nebst 1 zu Extemporal-Uebungen;

In II. (Secunda) b. Prof. Müller in 2 w. St., nach CREUZER's Chrestomathie;

In III. (Tertia) b. Doct. Amelung in 2 w. St. nach WERNER's 2tem Bändch. v. S. 1 — 67 mit der zweiten, u. v. S. 67 — 202 mit der ersten Ordnung;

In IV. (Quarta) bei Prof. Koch in 4 w. St. nach WERNER's 1tem Bdch. v. S. 1 — 35 mit der zweiten, u. v. S. 119 b. 143 u. 90 — 112 mit der ersten Ordnung.

(Die Prüfungen hierin bestehen in den vorgelegten Probearbeiten, und dienen als Maafsstab bei den Versetzungen.)

b) *Lesung der Autoren*:

In I. HORAT. Od. lib. 4, mit Ausnahme der 1. 10. 11. u. 13. Ode, Epod. c. 7, 9, 13 u. 16. u. l. I. mit Ausn. d. 5. 8. 13. 16. 17. 19. 23. 25. 23. u. 36. Ode, in 4 w. St. LIV. l. 22, c. 45 — Ende, l. 23 u. 24 in 4 w. St. u. CICER. Laelius, s. Dial. de amicitia, in Verbindung mit Secunda, in 2 w. St. b. Prof. Börsch;

In II. VIRGIL. Aen. l. 6 u. 7 zum Theil, in 4 w. St., desgleichen CAESAR. l. 6 u. 7 b. Prof. Müller;

In III. PHAEDR. l. 4 u. 5 größtentheils, b. e. Mitgl. d. philol. Sem. (bish. St. Röbenacke) in 4 w. St., JUSTIN. l. 8 — 13 b. Doct. Amelung in 4 w. St.;

In IV. mit beid. Ordnung. b. demselb. RIZHAUB's 2tes Bdch. §. 1 — 50 in 4 w. St.; BROEDER's Lesebuch v. §. 255 — 322 b. e. Mitgl. d. philol. Sem. (bish. Stud. Meurer) in 4 w. St.

B) *Griechisch*: (Eingeführte Schulgrammatik: von BUTTMANN.)

a) *Grammatische Uebungen*:

In I. aus der Etymologie und Syntax mit jeweiligen Extemporal-Uebungen b. Prof. Koch in 1 w. St.;

In II. so wie auch in III., wo dieser Unterricht beginnt, waren grammatische Uebungen mit der Lesung aufs genaueste verbunden.

b) *Lesung der Autoren*:

In I. HOMER. Od. Rhaps. 1. 5 u. 6. Hierauf HERODOT. aus Jacobs Att. v. S. 335 bis Ende b. Prof. Koch in 4 w. St.; — LYSIAS epitaph. Rede, u. S. 170 — 183, u. 328 — 332 aus Jacobs Attica in 2 w. St.;

In II. Mythologica aus Jacobs 2tem Curs. b. Doct. Amelung in 4 w. St.;

In III. JACOBS Elementarbuch Abschn. 1 — 4, 7 u. 8 b. Prof. Börsch, mit Uebungen im Lesen nach dem Accente, im Decliniren, Conjugiren und mündlichen Uebersetzungen deutscher Sätze ins Griechische, in 4 w. St.

C) *Französisch* in 2 Separatclassen b. Prof. Kühne, und zwar in dess. I. aus desselben UEBUNGSBUCH mündlich v. S. 76 — 107 in 1 w. St.; aus dessen neuen MATERIALIEN schriftlich v. S. 237 — 241 u. 114 — 120 in 1 w. St., aus dessen LECTURE AMUSANTE ET INSTRUCTIVE (nebst Sprechübungen) v. S. 80 — 112 in 2 w. St.; — in dessen II. aus desselben SPRACHLEHRE u. UEBUNGSBUCH v. S. 1 — 142 in 4 w. St. mündlich und schriftlich in Verbindung mit desselben RECUEIL p. 1 — 20.

D) *Deutsch*: (Gewählte Schulgrammatik: von HEINSIUS.)

a) Stylübungen in I. u. II. b. Prof. Koch in 2 wöchentl. Stund. (Die Prüf. hierin bestehen in den vorgelegten Probearbeiten.)

b) *Orthographische Uebungen* in III. b. Doct. Amelung in 2 w. St., desgl. in IV. b. dems. in 2 w. St.

E) *Mathematik* b. Prof. Müller.

In I. Geometrie in 3 w. St., nach LORENZ bis auf d. Stereometrie; in II. nach demselben, Geometrie bis auf die Lehre v. d. Proportion. u. Aehnlichkeit, in 3 w. St.; in III. die 4 Rechnungsarten in ganzen u. gebrochenen Zahlen in 2 w. St.

F) *Geschichte* bei Prof. Koch.

In I. u. II. vereinigt, Uebersicht der Geographie, Geschichte u. Literatur des alten Griechenlands nach römischen Autoren im 4ten Band v. RIZHAUB, in 3 w. St.

In III. u. IV. d. Völker des Alterthums vor Christi Geb. nach BREDOW's Hauptbegebenheiten, in 2 w. St.

- G) *Geographie* nebst naturgeschichtlichen u. andern gemeinnützigen Kenntnissen b. Prof. *Börsch*.
 In III. Europa in 2 w. St. nach *GASPARI* erstem Cursus; desgl. in IV. in 2 w. St. Europa, Asien, Afrika und Amerika.
- H) *Schönschreiben* in III. bei Bibliotheks-Scribent *Wernburg* in 2 w. St. In IV. desgl. nebst den Elementen des Kopf- und Tafelrechnens in 4 w. St.
 (Mit vorgelegten Proben zur Prüfung.)
- I) *Religiöse Gesanglehre* b. Prof. *Müller* in 2 w. St. mit Schülern aus allen Classen.
- K) *Religions- und Sittenlehre* b. Prof. *Koch*.
 In I. u. II. vereinigt, die Resultate der christlichen Dogmatik, in Beziehung auf *NIEMEYER*'s Lehrbuch für d. ober. Religions-Classen gelehrter Schulen, nebst dem hodegetischen Anhang über die Vortheile, Gefahren und Pflichten des academischen Lebens für die Abiturienten in 2 w. St.
 In III. u. IV. vereinigt, die biblischen Geschichten und Lehren aus d. A. u. N. T. nach *HUEBNER* (von Dr. *Rauschenbusch*, Schwelm b. Moritz *Scherz*, die ächte Ausgabe.) v. Kap. 36 des A. bis 40 des N. T. in 2 w. St.

II.

*Verzeichniß der im Winterhalbjahre 182½ Unterrichteten,
 nach ihren verhältnismäßigen Fortschritten, ihrem
 Lebens- und Classenalter.*

Stelle. erste Ordn.	Classen, Namen und elterlicher Wohnort der Auswärtigen.	Jahre.	
		Lebens- alter.	Classen- alter.
P r i m a :			
1	Joh. Philipp <i>Flügel</i>	18	1½
2	Friedrich Wilhelm <i>Sangmeister</i>	16½	1½
3	Joh. Christ. <i>Hübelheinrich</i> (Heinsberg im Bezirk Arnsberg)	16½	1½
4	Carl Friedrich Georg Hugo August v. <i>Gehren</i>	16½	1½
5	Hermann August <i>Eberhard</i>	16½	1½
6	Christian <i>Thomas</i> (Homberg)	17½	1
7	Carl Ernst Heinrich Theodor <i>Graff</i>	17½	1½

Stelle. erste Ordn.	Classen, Namen und elterlicher Wohnort der Auswärtigen.	Jahre.	
		Lebens- alter.	Classen- alter.
P r i m a :			
8	Carl Alexander-Theodor <i>Giller</i>	16½	1½
9	Otto Wolf Philipp Reinhard v. <i>Motz</i>	17½	1½
zweite Ordn.			
10	Eduard <i>Metzger</i>	16	1
11	C. Heinrich <i>Wundt</i>	18½	1½
12	Hermann Heinrich Theodor <i>Mertz</i>	16½	1
13	Joh. Ludwig <i>Hieronymus</i> (Luisendorf)	21½	1
14	Joh. Christian Wilh. <i>Nippoldt</i>	18½	1
S e c u n d a :			
1	Joh. Heinrich <i>Gamb</i> (Rauschenberg)	18½	1½
2	Wilh. Christian <i>Flor</i> (Ellnhausen)	18½	2½
3	Ernst <i>Fliefs</i>	16	2
4	Ernst Friedr. Heinr. Carl Ludwig Christoph <i>Mertz</i>	14½	1½
5	Johann Conrad <i>Gundlach</i>	16	1½
6	Herm. Friedr. Ludw. Ernst Wilh. v. <i>Baumbach</i>	14½	1½
7	Friedr. Carl Reinhard <i>Ritter</i>	14½	1½
8	Heinr. Ludw. <i>Beizenberger</i>	14½	2½
9	Joh. Jacob <i>Hoffmann</i>	15	1½
10	Friedr. Wilh. <i>Hoffmann</i>	17½	1½
11	Heinrich <i>Brauer</i>	17½	1
12	Friedr. Herm. <i>Kessler</i> (Langenstein)	17	1
13	Christian Philipp v. <i>Roques</i> (Treysa bei Ziegenhain)	13½	1½
14	Friedr. Herm. <i>Strohmeier</i> (Frohnhausen)	13½	1½
15	Carl Wilhelm <i>Müller</i>	12½	1½
16	Wilhelm Christlieb <i>Creuzer</i>	13½	1½
17	Carl Wilhelm Friedrich <i>Mertz</i>	12	1½
18	Friedrich <i>Busch</i>	15	1½
19	Wilhelm v. <i>Schenck</i>	13½	1½
20	Carl v. <i>Schenck</i>	15	1½
21	Carl Ludwig Theodor Benjamin Friedrich v. <i>Gehren</i>	12	1½
22	Christian <i>Süß</i>	17½	1½
23	Friedrich Wilhelm v. <i>Gilsa</i>	14	1½
24	Wilhelm <i>Lotz</i>	17½	1½
25	Joh. Justus Wilhelm <i>Eberhard</i>	14	1½

Stelle.	Classen, Namen und elterlicher Wohnort der Auswärtigen.	Lebens- alter.	Classen- alter.
Secunda:			
		Jahre.	
26	Joh. Philipp Carl Constantin <i>Justi</i>	17½	1
27	Johannes <i>Braun</i>	12½	1
28	Friedrich <i>Neebe</i> (Rauschenberg)	16	1
29	Carl Hermann <i>Metz</i> (Sohönstadt)	13½	1
30	Joh. Georg <i>Neumüller</i>	15½	1
31	Wilhelm <i>Sippel</i>	14½	1
Tertia:			
erste Ordn.			
1	Wilhelm Carl Ludwig <i>Krupp</i>	15½	1½
2	Carl Ludwig <i>Graff</i>	13½	1½
3	August Wilhelm Christian <i>Quentel</i> (Kerspenhausen)	16½	1½
4	Carl Bernhard <i>Hefs</i>	15	1½
5	Carl Ludwig Wilhelm Johann <i>Amelung</i>	13½	1½
6	Georg Ludwig <i>Bauer</i>	12½	1½
7	Justus Bernhard Carl v. <i>Motz</i>	13½	1½
8	Heinrich <i>Brand</i> (Rosenthal)	14½	1½
9	Johannes <i>Schwaner</i>	13½	1½
10	August Conrad Heinrich Carl <i>Sangmeister</i>	11	1½
11	Joh. Martin <i>Vollgraff</i>	14½	1½
12	Wilhelm Johann Heinrich <i>Arend</i>	14½	1½
13	Otto v. <i>Vulte</i>	15½	1
14	Ludwig Georg <i>Götz</i>	15	1½
15	Christian <i>Heldmann</i>	14	1½
16	Friedrich Philipp Theodor <i>Ulrich</i>	13½	1½
17	Benjamin Heinrich <i>Eberhard</i>	13½	1½
18	Friedrich Wilhelm <i>Ritter</i>	13	1½
zweite Ordn.			
Tertia:			
1	Friedrich <i>Hieronimus</i> (Luisendorf)	19	1
2	Georg Dietrich <i>Römheldt</i>	11	1
3	Jacob <i>Eltz</i> (Hirschfeld auf dem Hundsrück)	15½	1
4	Felix Ernst Julius v. <i>Gilsa</i>	12	1
5	Carl <i>Hartmann</i>	13½	1
6	Jacob <i>Maus</i> (Wehrda)	16	1
7	Friedrich Ludwig Emil <i>Gleim</i>	12	1
8	Christian Wilhelm <i>Bersch</i>	11	1

Stelle.	Classen, Namen und elterlicher Wohnort der Auswärtigen.	Lebens- alter.	Classen- alter.
Tertia:			
zweite Ordn.			
9	Ludwig Heinrich Ernst Christian <i>Scheffer</i>	12	1
10	Heinrich <i>Runkel</i>	13½	1
11	August Wilhelm Friedrich <i>Schenk</i>	12	1
12	Carl Friedrich <i>Hille</i>	11	1
13	Friedrich <i>Hille</i>	10½	1
14	Andreas <i>Schüler</i> (Schröck)	10½	1
15	Carl <i>Bartels</i>	12½	1
16	Johannes <i>Fischer</i> (Schröck)	12½	1
17	Georg <i>Sippel</i>	12½	1
18	Julius <i>Hille</i>	9½	1
erste Ordn.			
Quarta:			
1	Heinrich <i>Schönhals</i> (Grosseeheim)	14	1
2	Albrecht v. <i>Haller</i>	10½	1
3	Conrad <i>Theifs</i>	10	2
4	Johannes <i>Grimmel</i>	11	2
5	Heinrich <i>Fischer</i>	14½	2
6	Wilhelm Ludwig <i>Ulrich</i>	10	2½
7	Joh. Christoph <i>Gundlach</i>	11½	1½
8	Theodor Conrad <i>Fließ</i>	13½	2
9	Wilhelm Heinrich <i>Wiederhold</i>	11	2
10	Wilhelm Friedrich <i>Götz</i>	11½	2
11	Joh. Wilhelm Joseph <i>Gundlach</i>	13½	1½
12	Heinrich <i>Knies</i>	13	2
zweite Ordn.			
Quarta:			
13	Carl Franz Heinrich <i>Wagner</i>	10½	¾
14	Friedrich v. <i>Gehren</i>	10	1
15	Heinrich <i>Bezenberger</i>	10	1½
16	Georg Adolph <i>Freundt</i>	14	1
17	Ernst <i>Körner</i>	12½	1
18	Johannes <i>Bücking</i>	11½	2
19	Valentin <i>Ruhl</i>	12½	1
20	Eduard Joseph <i>Wurzer</i>	11	1
21	Carl <i>Bersch</i>	10½	1

Stelle.	Classen, Namen und elterlicher Wohnort der Auswärtigen.	Lebensalter.	Classenalter.
zweite Ordn.	Quarta:	Jahre.	
22	Georg Dietrich <i>Bücking</i>	11 $\frac{1}{2}$	2
23	August Lorenz Heinrich <i>Ehringhaus</i>	10 $\frac{3}{4}$	$\frac{1}{2}$
24	Heinrich Ludwig Franz Georg Gustav <i>Bersch</i>	8 $\frac{1}{2}$	1

ALLERHÖCHSTER VERORDNUNG vom 11ten April 1820 gemäß sind mit Zeugnissen der Reife zu den academischen Studien abgegangen: Alex. v. *Baumbach* zu den Rechts- und Cameralw., *Feufner* z. Theol. und Philol., *Sporleder* zur Theol., *Scriba* desgl., *Jacobi* desgl., relativ *Neebe* zur Rechtskunde und *Remer* z. Théologie; Alle mit dem Lobe derjenigen Characterfestigkeit, welche man von Studirenden zu fordern berechtigt ist. — Abgegangen sind ferner theils zu andern Lehranstalten, theils zu verschiedenen practischen Berufsarten, u. s. w.: *Buff* aus Prima, *Scheffer* d. A. und *v. Bärnfels* aus Secunda; *Stein*, *Gosen*, *Handwerk* und *Fuhrhan*s aus Tertia; *Feyler* und *Kefstler* aus Quarta.

1			
2			
3			
4			
5			
6			
7			
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22			
23			
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
31			
32			
33			
34			
35			
36			
37			
38			
39			
40			
41			
42			
43			
44			
45			
46			
47			
48			
49			
50			
51			
52			
53			
54			
55			
56			
57			
58			
59			
60			
61			
62			
63			
64			
65			
66			
67			
68			
69			
70			
71			
72			
73			
74			
75			
76			
77			
78			
79			
80			
81			
82			
83			
84			
85			
86			
87			
88			
89			
90			
91			
92			
93			
94			
95			
96			
97			
98			
99			
100			